Hermanus | Gunth[?] | Ecbardus — fratres marchionis

Funus autem predicti marchionis et socii eius Wirdeni usque
ad Misni fecit reduci. Hec ibidem Hirimannus
comes flebiliter suscipiens et usque ad Novam urbem ubi
Gero coloniensis archiepiscopus et Thietmarus marchio
fratres eius, vitricus isti pater autem in tempore comitis, in honore
Dei Genetricis et sancti martyris Cipriani regnante secundo
Ottone abbatiam construxerit cum fratribus suis Gunthero
ac Ekkihardo comitatur. Quos Gero archiepiscopus terrę
commendans, domnam Adelheidam eiusque filium Thietma-
rum et merentes amicos ac milites solatur. Inte-
rim cesar cum suis ad Strelam urbem pervenit et Misiconem cum
exercitu subsequi sciens, Herimannum marchionem
ad Misnensis defensionem civitatis properare iubet; ip-
se vero ad Merseburg recto tetendit itinere. Misico
autem a patre nefario instructus, ut primo noverat abisse divisos,
nullamque post se custodiam eo relictam sensit, VII Septembris al-
bi iuxta urbem predictam cum VII legionibus in ipsa transcen-
dit aurora, quosdam circumquaque iacentia vastare, alios
urbem precipiens inpugnare. Quod uicenenses conspi-
cientes seque tueri posse desperantes, supposite civitati mu-
nitionem relictis pene omnibus suis ascendunt; ob hoc hostes

Marginalia (right): Ad Misn[?] · Otto regnante Ottone secundo · Adelheida · Cesar ad Strela[m] urbe[m] pervenit · Hermannus marchio [?] · Misico [?]

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id430068271/211